LOTHARIVS SAXO IMPERATOR.

LOtharius filius fuit Gebhardi comitis in Suepplēburg & Arnſpurg, atq; Heduigis Burggrauiæ Norinbergenſis, à quibus optimè in omni genere uirtutū educatus fuit, ut iam ab infantia ſumma eius indoles in eo reluceret. Itaq; cum Magnus Saxoniæ dux eius generis ultimus bello captus in carcere obijſſet, ab Heinrico quinto Cęſare dux Saxoniæ creatur. Cum autem Heinricus eſſet mortuus, atq; principum conuentus de eligendo Cęſare Moguntiæ celebraretur, erant omnino quatuor competitores, nimirum Fridericus Sueuorū dux, & Conradus Franconiæ dux, Imperaroris Heinrici ex ſorore nepotes, atq; frater Leopoldus Orientalis Marchio, qui poſtea in ſanctorum catalogum relatus eſt, & Carolus Flan